Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1501

Quelle:
Copyright:

Sacre Theologie pro tunc Baccal. ſtudij pragenſs. compilatorem pro fidei catholice confirmacione et auarorum clericorum ſacerdotum et laycorum profundiorem opilatorem.

VII. *fol.* 166. *De Religionibus vanis monachorum.* Eſt *Joh. Wicleſi*, et *Cod.* CCCLXXXV. inſcribitur: *De Fundatore Religionis*, et incipit: *Saluator noſter diligens vnitatem religionis* &c.

VIII. *fol.* 168. p. 2. Ejusdem *de triplici vinculo.* Initium: *Tria ſunt vincula amoris quibus fideles viatores* &c. Refert *Baleus*, ſed absque initio.

IX. *fol.* 178. ex Elencho praevio: *De minoribus fratribus ſe extollentibus.* Initium: *Cum viantes et fratres ſpecialiter contendant circa perfectiones ordinum priuatorum* &c. Eſt *Wicleſi*, ſed apud *Baleum* et *Tannerum* non occurrit.

X. *fol.* 187. ex Elencho Ejusdem: *Vtrum licet clerum corrigere.* Initium: *Circa preparacionem* (praedicationem?) *ewangelij de qua dictum eſt, videtur utile dubitare, vtrum in ewangeliſatione coram clero et communi populo licet caritative cleri maliciam arguere* &c. Non repertum in Catalogis *citt.* In edit. *Opp. Huſſi* 1715. T. I. p. 185. f. huic adſcribitur.

XI. *fol.* 192. p. 2. Ejusdem: *De ſectis Monachorum.* Initium: *Cum chriſtus ſit primus et nouiſſimus, cuius perfecta ſunt opera* &c. Anteſignanos ſuos in impugnandis Ordinibus Mendicantium *Wicleſus* hic citat *Ricardum Armacan. Wilhelmum de Sancto Amore* et *Robertum Lincon.* Non repertum. Habet ad calcem: *Explicit tractatus de cor̄. ua. condi. fratrum editus a magiſtro Johanne ſacre pagine profeſſoris. Finitus Anno domini MCCCCXII. In Collegio pauperum. In die ſancte Agne hora quaſi 20.*

XII. *fol.* 196. p. 2. *De Cura et modo rei familiaris.* Ad calcem legitur: *Explicit liber de Cura rei familiaris Lucij Annei ſenece. Alij vero dicunt quod non ſit ſenece, ſed ſcribit eum quidam ad amicum ſuum.* Eſt is *Bernardus Silveſter.* Adi *Cod.* CCXLI. Initium: *Doceri cupis a nobis de Cura et modo* &c.

XIII. *fol.* 197. p. 2. in margine: *Poſicio ewangelici Doctoris.* Initium: *Utrum priuata religio ſit datum optimum deſcendens a patre luminum* &c. Notat *Baleus* Scriptum *de Religioſis priuatis*, ſed alio initio. Docet experientia Recenſum noſtrum Scriptorum *Wicleſianorum* decurrentes, Autorem ſaepius idem argumentum agitaſſe, id, quod Bibliographi ſaepe dicti non ſat curate diſtinxere.

XIV. *fol.* 202. ex Elencho praevio: *Sermo M. Jacobelli de b. Magdalena.* Ad Academicos. In illud: *Ecce mulier que erat in Ciuitate peccatrix* &c. *Luc.* 7. Initium: *Cogitante me quid liceret et expediret loqui in medio docte multitudinis cleri* &c. Ut alibi.